Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25884
Copyright: Admont, Benediktinerstift



num celorum. Quicumque ergo hu-
miliauerit se sicut parui-
lus iste: hic est maior in
regno celorum. Si quis uult
primus esse: erit omnium nouis-
simus. et omnium minister.
Et qui susceperit unum paruulum
talem in nomine meo: me
suscipit. Math. c. lxx. viiij. Marcus. xc. ix. Lucas. c. xc. vj. Qui
autem scandalizauerit unum
de pusillis istis qui in me
credunt: expedit ei ut sus-
pendatur mola asinaria in
collo eius. et demergatur in
profundum maris. Marcus. xc. vij. Lucas. c. iij.

xc. v. Respondens autem iohannes
dixit. Magister ui-
dimus quendam in nomine
tuo eicientem demonia. et
prohibuimus eum. quia non sequitur
te nobiscum. Ihesus autem ait. Noli
te prohibere eum. Nemo enim
est qui facit uirtutem in nomine
meo. et possit cito male loqui
de me: Qui enim non est aduer-
sum uos. pro uobis est. Math. c. lxx. ix. Ue
mundo ab scandalis. Neces-
se est enim. ut ueniant scan-
dala. Veruntamen ue homi-
ni illi. per quem scandalum ue-
nit. Math. c. lxxx. viiij. Marcus. c. Si autem
manus tua uel pes tuus scanda-
lizat te: abscide eum et proice
abste: Bonum est tibi ad ui-
tam ingredi debilem uel clau-
dum. quam duas manus uel
duos pedes habentem mitti
in ignem eternum. Et si ocu-
lus tuus scandalizat te: e-
rue eum et proice abste: Bonum
est tibi luscum in uita regnare:
quam duos oculos habentem
mitti in gehennam ignis. Marcus. c. j. Ubi
uermis eorum non morietur et
ignis non extinguetur. Omnis enim
igne salietur et omnis uictima
sale sallietur. Math. c. lxxx. j. Vide-
te ne contempnatis unum ex his
pusillis. Dico enim uobis.
quia angeli eorum in celis semper

xcvii.